

tillimo, et avidissimo, ita, ut licet tunc temporis annum nonagesimum fecerim ageret, tamen adhuc herbis marinis, lapideibus, aliisque naturalibus tanquam iuvenis non solius mente, sed et manibus, et pedibus cupidissime inhiaret.

## CLASSIS TERTIA.

Mulli, et Spongiae marinae diversae  
Unterschiedliche Meer-Stöcke, und Meer-Schwämme.

Sicut Lithophyta à Corallis per subtiliorem et tenuiorem materiam, faciliareque, ac copiosiore ramificationem, quae fortè etiam procedit à virtute peculiaris ipsi semini indita, corticis ligue exterioris faciliorem à trunco et ramis separationem differre videntur, ita et Mulli et Spongiae easdem ob causas à Lithophylo differant, excepto, quod hi cortice exteriori plerumque destituti sint, fortè quia propter tenuitatem trunci, et ramerum per proprios poros sufficienter nutri possunt, et ipsas radices quandoque, si quas tunc possident.

- I. Mullus, seu Spongia marina superioris instar globi subrotunda, et convexa, et praeter interstitia ramulorum foraminibus subrotundis hinc inde donata, inferius verò plana, et concava: per hæc foramina darè indicatur, huiusmodi Mullus tanquam materiam precipuam, et proximam ad effluendum non solum Spongas, sed etiam ad alia corpora marina consistenda concurrere, una cum glutine marino.
- II. Mullus, seu Spongia marina allicius Mulli capillaribus instar, et tenuissimi excrecens obscure flavescens.
- III. Mullus, seu Spongia marina ramosa è filamentis capillaribus, et ramosis conflata obliquis, aut obscure flavescens.
- IV. Mullus, seu Spongia marina ramosa subrotunda, et cylindracea è filamentis tenuissimis, et instar allicius teis subtilissime reticulus dictæ inter se prope implicatis, conflata foraminibus subrotundis hinc inde donata.
- V. Mullus, seu Spongia marina ramosa in capillis tenuissimis inter se minime implicatis excrecens, et obscure flavescens.

VI. Lapidis spongiosi fistulosi asperi, et allicantes.  
Mullus à Spongia marina nulle alio modo distinguitur, quam quòd sit Fruticetum omni sensibili materia glutinosa marina speliatum. Spongia verò illa sit implicata, obvoluta, et proptiori à parte obducta, ita tamen, ut nec comprimendo, nec dilatando disjungiatur, nihilominus et aeri, et humori irruenti, et effluenti semper liberè cedat, et sic eorum influxum, et refluxum sine omni obstaculo permittat.

## CLASSIS QUARTA.

Alcyonia marina

Die Meer-schwämme Genachse als Meer-Hlofen, Meer-Schwämme, und dem Meer-Schwamm allen, und Sächten Litzerechten Meer-Wesle gleichsam in Stein oder Isar seetrovand.  
Alcyonia marina sunt Mulli, aut Spongiae, aut Spuma ipsa marina à substantia glutinosa marina involvente, implicante, aut sese in mirinos eorum poros insinuante petrificati, in substantiam lapideam, et lithophaeam, aut coriaceam, transmutati etc.

- I. Alcyonium marinum petrosum ex cinereo allicano, intus, et extus undique foraminulis, sed non ita canaliculatis, ut in Madreporis, et concamerationibus bullularis pertulium: è Spongia sola marina nata esse videtur.
- II. Alcyonium marina tuberosa diversis coloris, formæ, et magnitudinis. Mer. 104. Alcyonium tuberoso in forma di fico fructu Imp. Alcyonium tuberosum Joan. Bauh. Observ. 41.
- III. Alcyonium marinum quartum Pini. Mer. 103. Pulmo marinus Beccan. Mullus di Fissa Obierv. 41.
- IV. Alcyonium marinum vermiculatum, et crispatum nigrum. Turn. 677.
- V. Alcyonium marinum ramulosum nigrum, et foraminulosum adhuc radices lux insidens, cui inhiaret pulcherrima Escara marina candidissima eburnea.
- VI. Alcyonium marinum spongiosum ac ramulosum plurimis arenulis albuantibus, et materia limosa, seu substantia glutinosa marina imbutum.

Foramina, quæ hinc inde tum in Mullis marinis, tum in Spongiis, aut Alcyoniis marinis observantur, videntur ad hoc esse comparata, ut si reliqua eorum substantia per limum, aut tale m-